

Nicolaus Schütze

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Nicolaus Schütze/ I. U. D. & Profess. Ad Exequias Quas ... Dn. Joanni Danckwarten/ Civi apud nos primario, Marito suo desideratißimo vidua moestißima paratas cupit, Omnes omnium ordinum Cives Academicos amice ac officiose invitat**

Rostochii: Kilius, 1651

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777439662>

Druck    Freier  Zugang



Schütze, N.,  
in  
**J. Danckwart.**

Rost. 1651.

13.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777439662/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777439662/phys_0002)

DFG





PROGRAMMA  
qvo  
RECTOR  
Universitatis Rostochiensis  
**NICOLAUS Schütze/J.U.D.**

& Profess,

AD EXEMPLARIAS  
QUAS

*Viro honestissimo atque integerrimo*

**DN. JOANNI Dancwartem/**  
Civi apud nos primario,

*Marito suo desideratissimo vidua mortissima  
paratas cupit,*

Omnes omnium ordinum Cives Aca-  
demicos amicè ac officiosè  
invitat.



ROSTOCHII,  
Typis NICOLAI KILI, Acad. Typog.  
Anno M. DC. LI.

68.



On est timendum, quod nos  
liberat ab omni timendo, ait  
Tertullianus, Scriptor  
eruditissimus, & in quo  
nullus apex est non cum  
cura positus, ut quo pa-  
cto alii in opia, hic abun-  
dantia literarum peccare  
nonnunquam videatur.

In eandem sententiam B. Ambrosius Mors, ait,  
qua copula corporis & anima separatur, non formida-  
bilis, non timenda est, cum discessio quadam videa-  
tur esse, non pena: non metuenda fortibus, desideran-  
da sapientibus, expetenda misericordia. Hinc illa Mercurii  
Trismegisti expensio est, impudenter ac impe-  
ritate facere, qui ob mortem, ceu malum aliquod,  
inhorreant, quæ clarius contuerit aliud nihil sit,  
quam ægroti corporis dissolutio: Corpus autem  
tum interire, cum non amplius satis sit ferendo  
hominis, tum enim accedere mortem dissolutri-  
cem ejus compagis, & corporeorum sensuum  
abolitionem. Neq; ea doctrina inconveniens  
divinis etiam oraculis est, ubi hominis corpus  
alloquitur DEUS: μέτι, οὐδὲ τὸν θελεύον, Quæ  
senten-

sententia velut Judicis Dei instituit mortem,  
altera autem ~~ad hanc~~ <sup>anno 1552</sup> dicitur. eadem  
eandem destruxit, ut credentibus DEO non  
solum nullus metus sit mortis, verum ipsa etiam  
mors nulla, abolita quippe per CHRISTUM  
conservatorem nostrum. Mortis autem tantum  
timorem non aliud facit magis, quam quod Lar-  
vam ejus nunquam recte aut cum diligentia  
inspiciamus: quocunq; enim loco res nostræ  
sunt, cum nimiopere eam semper abhorreamus,  
nunquam cognoscimus. Quare meditandam  
eam sacræ literæ suadent assiduè, quippe cui vi-  
res nulla alia res suppeditet magis, quam quod  
parum attentè eam consideremus, cuius tamen  
usq; adeò meminisse debemus, ut in perpetua  
memoria velut singulis momentis commoria-  
mur. Ita siet ut eam non habeamus loco portenti  
alicujus, sed beneficii singularis, idèo miserrimis  
ac infinitis calamitatibus nostris divinitus in-  
dultam, ut iis aliquando finem futurum certi-  
res simus. Quem & Noster JOANNES Danc-  
wart/ Deo ita volente ac jubente, feliciter nunc  
attigit. De quo ut rectius vobis constet, te-  
nendum est, Eum natum esse heic Rostochi  
anno clo 15 XCII, ex honestissimis Civibus,  
JOANNE Dancwarten/ & ANNA Witten/ quæ

A 2

Anno

anno cl<sup>o</sup> Ioc XXXV. morte sua functa est: atque ab iis pro fortis sua conditione liberaliter educatum. In Scholam autem & disciplinam traditum rudimenta doctrinæ Christianæ, scribendi ac computandi artes hausisse celeriter & probè. Et quia ad mercaturam ac negotiationes animus ejus ducebatur, tantum absuit ut Parentes ab instituto revocarent eum, ut potius omni conatu pro virili suâ juvarent. Cùm esset annorum sex & viginti, anno cl<sup>o</sup> Ioc XVIII. conjugem duxit ILSABE N, virginem lectissimam JOACHIMI Bossen / Civis Rostochiensis filiam, nunc viduam mœstissimam. Cum quā suavissimè vixit annos quasi XXXIII. liberosq; ex ea vidit XVIII. utpote masculos, X. & de sequiore sexu VIII. Ex quibus tres filii, totidemque filiæ fatis concessere. Supersunt filii VII. & quinque filiæ. Quos rectè ac probè erudiri atque institui, ut bonus ac pius pater, summopere semper laboravit. E superstribus ANNA DN. JOACHIMO Wilcken Civi ac negotiatori apud nos; MAR. GARETA DN. Holzkampen Civi ac mercatori, viro solerti ac spectato, Orphanotrophii apud nos Præfecto, auspiciis satis felicibus nupsere. E filiis JOANNES, Civis ac mercator apud nos matrimonium iniit cum WENDULA Schindes/

des/ Claus Schmiedes ædi Marianæ olim præ-  
fecti filia; JOACHIMUS SS. Theologiæ studio  
operam dat ita quidem, ut studiosi atque indu-  
strii hominis laudem facile mereatur. HENRI-  
CUS qui mercaturam facere constituit, ante ali-  
quot hebdomadas à Parente domum vocatus  
cum cæteris in mætore maximo & luctu versa-  
tur. Menses facti sunt novem quum de languore  
ac ægritudine queri & plane decumbere cepit.  
Ac quamvis in tempore Medicorum cura adhi-  
bita fuerit; incassum tamen omnis eorum abiit  
opera, irritaque fuit. Quod cum ipsum minimè  
fugeret, ita comparavit animum, ut quandocun-  
que visum esset vitæ arbitro, vocantem ducen-  
temque ipse sequeretur. Præcipuè ministrum  
verbi pridie emortualis diei accersendum cura-  
vit, ut impetratâ peccatorum veniâ rceptoque  
viatico salutari promptius hilariusque excedere  
rebus humanis posset. Quà in re quà contritio-  
ne animi, quibus suspiriis devotissimis suis par-  
tibus functus sit, dici non potest. Obiit d. XX.  
Novembr. circa VII: & VIII, vespertinam, inter  
medias preces, placidissimo lenissimoque fini-  
tus obitu: LXum annum agens, felix nuptiis &  
prole tam numerosâ quàm egregiâ ac præclarâ:  
felix denique obitu quoque, quem tranquillum

A 3

& qua-

& qualem quisque exoptare queat, consecutus est. Pietatem coluit sedulo: Honesti ita fuit studiosus, ut ejus curam utilitatibus suis & divitiarum studio semper postponeret. Laborum non modo patientissimus semper fuit; sed & maximè amans. Ab omni ambitu liber; rerum suarū tantū satagens, de alienis minus laboravit. Si quibus tamen prodesse posset suā operā, id perlibenter & sedulo fecit. Ædi S. Georgio sacræ bonâ cum fide & industria præfuit. Morbi molestias patienter tulit, atque assiduè petiit à DEO, ut se solveret, & in æterna tabernacula transferret. Ubi nunc procul dubio anima beata agitat, procul à gurgite flagitorum, volutabro vitiorum, quæ hodie Seculum vocantur. Corpus ejus reparabit DEUS & resuscitabit ex morte tanquam ex quiete, atque in ordinem suum reducet, eo ipso momento, quo machina rerum cæterarum non insomnum sed in' teritum solvetut. Atque hæc quidem de nostro DANCKWARTO commoranda nobis fuerunt.

Nunc cum ad H. I. postea efferendus, & sepeliendus sit, vos adhortamur, CIVES ACADEMICI, ut eas exequias frequenter velitis celebrare. Digna ea res pietate vestrâ est, digna humanitate. Inter eundum mortalitatis quoque vestræ eritis

eritis quidem memores, sed nec simplicem mo-  
dò mortem, verùm & tres omnipotè ejus velut spe-  
cies diligenter considerabitis. Quos tribus mor-  
tuis in Evangelio scitè componit sagax & erudita  
vetustas. Sic enim Episcopus ille, auctor certè op-  
timus, & testimonio afferendæ veritatis dignissi-  
mus, Homiliâ super historiam Lazari: *Tres, in-*  
*quit, mortuos Dominum suscitasse legimus. Filiam sci-*  
*licet principis Synagogæ, in domo. Filium mulieris vi-*  
*dua, extra portam civitatis, & hunc Lazarum in se-*  
*pulcro quatriduanum.* Per hos autem tres mortuos  
tria mortis genera significantur. Moritur enim homo  
prava & illicita cogitando, moritur male operando,  
moritur in peccatis perseverando. Cum cogitas aliquid  
agere quod non licet, mortua est anima tua, sed in do-  
mo adhuc, & in occulto jacet mortua, quia latet pecca-  
tum & nondum divulgatum est. Si verò cogitationem  
ad effectum perducas, non solum mortua est, sed jam  
etiam extra civitatis portam elata, & per peccatum  
ab Ecclesia separata, & perditioni proxima est. At  
verò ille qui peccatum aliquod magnum commisit, &  
multo tempore in illo perseverat, non solum mortuus est  
& sepultus, verùm etiam jam foctet, quia ejus turpis-  
simam famam circumquaque audire abhorret. Om-  
nes tamen hos suscitat Jesus, si à peccato cessent & ex

corde

*cordc pœnitent. Hæc ille admodum appositè.  
Vos CIVES literarii, curatius hæc domi animis  
vestris perpendetis, P. P. d. XXV, No-  
vembr. Anno c<sup>lo</sup> l<sup>o</sup>cLI.*

*Conventus fiet in A<sup>ed</sup>e B. Virgini ja-  
crâ ad H. I. pomeridianam.*












Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777439662/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777439662/phys_0016)

DFG

eritis quidem memores, sed nec  
dò mortem, verūm & tres omnini-  
cies diligenter considerabitis. Q  
tuis in Evangelio scitè componit  
vetustas. Sic enim Episcopus ille,  
timus, & testimonio afferendæ v  
mus, Homiliâ super historiam L  
quit, mortuos Dominum fuscitasse le  
licet principis Synagogæ, in domo. Fi  
duæ, extra portam civitatis, Et hunc  
pulcro quatriduanum. Per hos au  
tria mortis genera significantur. M  
prava Et illicita cogitando, moritu  
moritur in peccatis perseverando. C  
agere quod non licet, mortua est ani  
mo adhuc, Et in occulto jacet mortua  
tum Et nondum divulgatum est. Si  
ad effectum perducas, non solum m  
etiam extra civitatis portam elata  
ab Ecclesia separata, Et perditioni p  
verò ille qui peccatum aliquod magn  
multo tempore in illo perseverat, non  
Et sepultus, verūm etiam jam foete  
simam famam circumquaque audi  
nes tamen hos fuscitat Jesus, si à pe



n mo.  
ut spe-  
mor-  
rudita  
tè op-  
gnissi-  
es, in-  
am sci-  
ris vi-  
in se-  
ortuos  
homo  
rando,  
aliquid  
in do-  
pecca-  
tionem  
ed jam  
catum  
At  
sit, Et  
nus est  
turpis-  
Om-  
Et ex-  
corde